CIHM
Microfiche
Series
(Monographs)

ICMH
Collection de
microfiches
(monographies)

Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques

©1995

# Technical and Bibliographic Notes / Notes technique et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming are checked below.

- [x] Coloured covers / Couverture de couleur
- [ ] Covers damaged / Couverture endommagée
- [ ] Covers restored and/or laminated / Couverture restaurée et/ou pelliculée
- [ ] Cover title missing / Le titre de couverture manque
- [ ] Coloured maps / Cartes géographiques en couleur
- [x] Coloured ink (i.e. other than blue or black) / Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- [x] Coloured plates and/or illustrations / Planches et/ou illustrations en couleur
- [ ] Bound with other material / Relié avec d'autres documents
- [ ] Only edition available / Seule édition disponible
- [ ] Tight binding may cause shadows or distortion along interior margin / La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la distorsion le long de la marge intérieure.
- [ ] Blank leaves added during restorations may appear within the text. Whenever possible, these have been omitted from filming / Il se peut que certaines pages blanches ajoutées lors d'une restauration apparaissent dans le texte, mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont pas été filmées.
- [ ] Additional comments / Commentaires supplémentaires:

L'Institut a microfilmé le meilleur examplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modifications dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- [ ] Coloured pages / Pages de couleur
- [ ] Pages damaged / Pages endommagées
- [ ] Pages restored and/or laminated / Pages restaurées et/ou pelliculées
- [x] Pages discoloured, stained or foxed / Pages décolorées, tachetées ou piquées
- [ ] Pages detached / Pages détachées
- [x] Showthrough / Transparence
- [ ] Quality of print varies / Qualité inégale de l'impression
- [ ] Includes supplementary material / Comprend du matériel supplémentaire
- [ ] Pages wholly or partially obscured by errata slips, tissues, etc., have been refilmed to ensure the best possible image / Les pages totalement ou partiellement obscurcies par un feuillet d'errata, une pelure, etc., ont été filmées à nouveau de façon à obtenir la meilleure image possible.
- [ ] Opposing pages with varying colouration or discolourations are filmed twice to ensure the best possible image / Les pages s'opposant ayant des colorations variables ou des décolorations sont filmées deux fois afin d'obtenir la meilleur image possible.

**This item is filmed at the reduction ratio checked below/**
**Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.**

| 10X | 12X | 14X | 16X | 18X | 20X | 22X | 24X | 26X | 28X | 30X | 32X |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | | | ✓ | | | | |

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:

Bibliothèque générale,
Université Laval,
Québec, Québec.

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol —► (meaning "CONTINUED"), or the symbol ▽ (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:

L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:

Bibliothèque générale,
Université Laval,
Québec, Québec.

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.

Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole —► signifie "A SUIVRE", le symbole ▽ signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.









**MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART**

(ANSI and ISO TEST CHART No. 2)




APPLIED IMAGE Inc
1653 East Main Street
Rochester, New York
(716) 482 - 0300 - Phone
(716) 288 - 5989 - Fax

BX
837
C213
1909
A2m
1909

Th. G. Rouleau ptre

### Manuale practicum

# Concilii Plenarii Canadensis Primi



QUEBECI

Ex typographia *Cie de L'Événement*

1909

BX 837 C213 1909 A2m 1909
3 2356 01432 6837

BIBLIOTHÈQUE
UNIVERSITÉ LAVAL

Manuale practicum

# Concilii Plenarii Canadensis Primi

BIBLIOTHÈQUE
UNIVERSITÉ LAVAL

IMPRIMATUR.

Die 1a Sept. 1909. † L.-N., Archiep. Quebec.

## Manuale practicum

# Concilii Plenarii Canadensis Primi

---

PARS I.

*Præambula Concilii.*

1. Litteræ Suæ Sanctitatis Pii X PP.
2. Litteræ indictionis Concilii.
3. Indulgentiæ lucrandæ intra spatium Concilii.

PARS II.

*Congregationes præparatoriæ Concilii.*

1. Congregatio Patrum Concilii.
2. Congregatio omnium synodalium

PARS III.

*Elenchus membrorum et officialium Concilii.*

PARS IV.

*Judicum et officialium munera.*

BIBLIOTHEQUE ★ UNIVERSITÉ LAVAL ★

## PARS V.

*Modus procedendi in examine decretorum.*

## PARS VI.

*Formula adhibenda in Concilio Plenario.*

## APPENDIX.

Tabulæ diagrammata exhibentes aularum et ecclesiæ in quibus conventus ac sessiones habendæ, nec non indicantes dispositiones et numerum sedium:

*a.* Aulæ pro conventu Patrum.
*b.* Aulæ pro conventu Synodalium.
*c.* Ecclesiæ in qua sessiones habendæ.

# PARS I.

## *Præambula Concilii.*

### 1°

Litteræ apostolicæ Pii PP X ad Delegatum Apostolicum de convocando Concilio Plenario Canadensi Primo in urbe Quebecensi.

---

Venerabili Fratri Donato Sbarretti, Archiepiscopo titulo Ephesino, Delegato Nostro Apostolico in regione Canadensi.

PIUS PP. X.

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. Ecclesiarum omnium quæ Nos urget sollicitudo et singularis Nostra in Canadenses caritas, Nobiscum et cum hac Apostolica Sede usque conjunctissimos, pergratum effecerunt nuntium, quod a Nostra Congregatione Tridentinis legibus interpretandis, vindicandis, accepimus, istius regionis episcopos jam in eo esse ut auctoribus ejusdem sacri Consilii Patribus, in plenariam Synodum Quebecensi in urbe conveniant. Cujus celebrationis opportunitatem quum temporis et loci adjuncta maxime probent, haud minora inde emolumenta exspectare licet, quam quæ in aliis Americæ civitatibus ex ejusmodi conventibus derivata sunt. Quo autem omnia rite et e sententia procedant, Tibi, Venerabilis Frater, qui Religionis dilatandæ

studio, pietate, doctrina et in gerendis rebus prudentia apud Nos egregie commendaris, facultatem facimus eamdem Synodum rite indicendi ac moderandi. Tuum igitur erit ea communi judicio ad deliberandum proponere, quæ maxime postulare temporis locique conditio videatur. Magnus equidem patet sacris pastoribus campus in quo vires exerant suas. Quamobrem quidquid in vobis est consilii, usus, prudentiæ, id omne in communem fructum afferre contendite, nihil prætermittentes quod *ad animos huic Apostolicæ Sedi arctius obstringendos, ad errores profligandos, ad cleri eruditionem disciplinamque provehendam* conducere magis visa fuerint. Ad hoc benignissimum Deum vehementer precamur, ut congregatis vobis in Ejus nomine adsit virtus Spiritus Sancti; cujus divini muneris auspicem ac paternæ Nostræ caritatis testem Apostolicam Benedictionem, Tibi, Venerabilis Frater, et omnibus qui Synodo intererunt, peramanter impertimus.

Datum Romæ, apud S. Petrum die XXV mensis Martii Anno MDCCCCIX Pontificatus Nostri Sexto.

PIUS PP. X.

2°

Litteræ indictionis Concilii Plenarii Canadensis Primi in urbe Quebecensi habendi.

---

DONATUS SBARRETTI

*Dei et Apostolicæ Sedis Gratia*

*Archiepiscopus Ephesinus et Delegatus Apostolicus,*

*Omnibus Illustrissimis et Reverendissimis Metropolitis et Episcopis, ac Reverendissimis Vicariis et Præfectis Apostolicis in ditione Dominii Canadensis, necnon Reverendissimis Abbatibus, ac Admodum Reverendis Religiosorum Ordinum vel Congregationum Præpositis, cæterisque omnibus, qui de jure vel consuetudine Conciliis Plenariis interesse debent, Pacem et Salutem  Domino.*

---

Admirabili divinæ Providentiæ consilio factum est ut granum sinapis in vastissima Canadensi regione prius a Missionariis depositum, eorumque labore ac sanguine, apostolicoque Prælatorum zelo fœcundatum, in magnam excreverit arborem. Ubi enim incultæ ac ethnicorum superstitionibus addictæ tribus per silvas ac æquora aperta vitam ducebant errantem, ubi duobus abhinc sæculis unus venerabilis Quebecensis Episcopus parvum fidelium regebat gregem, nunc et magnam aboriginum partem ad veræ Fidei lumen adductam, ingentem catholicorum numerum, plures Prælatos, ad Diœceses ac Vicariatus apostolicos regendos, frequentemque clerum, sive sæcularem sive regularem, pulcherrimas sacras aedes, innumeraque educationis ac beneficentiæ erecta instituta, gestiente animo conspicimus.

At Ecclesia vi pollens exuberanti licet jam uberrimos in Canada produxerit fructus, attamen ad ampliora in dies, pro Dei gloria, Religionis nostræ incremento, atque animarum salute, præstanda usque ad sæculi consummationem ordinatur. Latius ab Ecclesia catholica purissima

Evangelii lux diffundenda, errores undique irrepentes depellendi, juventus bonis moribus informanda, solidaque cultura instruenda, de advenis curandum, præsentibus et futuris necessitatibus providendum : tota societas Canadensis spiritu Christi magis imbuenda, ita ut omnia instaurentur in Christo, qui est via, veritas et vita.

Ad quæ efficacius obtinenda, voluntatum omnium concordia, eorumdem mediorum usus, viriumque conspiratio requiritur. Et hæc plenius cumulatiusque consequi fas erit, si Prælatorum omnium jure gaudentium collatis consiliis, quid agendum, quid vitandum veniat, generali lege in toto Dominio Canadensi ab ipsis decernatur.

Quapropter Summus Pontifex Pius Papa X, Christi in terris Vicarius, inter innumeras Supremi Pontificatus curas, aliud luculentum suæ paternæ sollicitudinis argumentum erga hanc lectam vineæ Domini partem exhibens, de consilio Eminentissimorum Patrum ad S. Congregationem Concilii pertinentium propositum Synodum Plenariam Canadensem in Quebecensi civitate habendi, approbare et laudare ; ac per litteras Apostolicas sub die 25 Martii 1909 datas, Nobis licet indignis, munus eamdem Synodum indicendi ac moderandi committere dignatus est.

Proinde, ex auctoritate apostolica Nobis hac in re collata, invocato Nomine Sanctissimæ et individuæ Trinitatis, imploratis misericordia Sanctissimi Cordis Jesu, ac potenti Beatissimæ semperque Immaculatæ Virginis Mariæ auxilio, Nos, audito prius de Concilii initium faciendi die Illustrium Metropolitarum Canadensium voto, hisce Litteris indicimus et convocamus Concilium Plenarium Canadense Primum in Metropolitana Ecclesia Quebecensi die 19 Septembris anni currentis solemniter inchoandum.

Itaque ut tempore et loco a Nobis hic statutis conve-

niant omnes Archiepiscopi, Episcopi cæterique omnes, qui de jure vel consuetudine Concilio Plenario interesse debent in Domino hortamur, atque prout opus est, præcipimus ac mandamus.

Quodsi aliquis Antistes legitime impeditus fuerit, Procuratorem instrumento procurationis authentico legitimeque confecto munitum mittat : at Nostri Patrumque Concilii erit et de impedimenti legitimitate, et de procurationis validitate judicare.

Cum autum nihil in nobis luminis insit nisi a Patre luminum in nos descendat, nihil virium nisi ab eo qui virtutem in infirmitate perficit, in Domino rogamus, ut, mandantihus locorum Ordinariis preces publicæ ah iisdem Ordinariis præcipiendæ, in omnibus Dominii Canadensis ecclesiis, singulis Dominicis pie fundantur, atque die Veneris hehdomadæ secundæ Septembris, Concilii inchoationem præcedentis, seu die 10ª ejusdem mensis, jejunium solemne proclametur.

Demum Sanctissima Virgine Maria sine lahe concepta, quæ Sedes est Sapientiæ, intercedente, enixe Deum adprecamur ut gratia sua intellectus illuminet, voluntates moveat, affectus inflammet, actionesque nostras pro totius Ecclesiæ Canadensis hono fœcundas reddat.

Datum Ottawæ ex Aedibus Delegationis Apostolicæ die 2 Maii 1909, in festo Patrocinii Sancti Joseph, Patroni Universalis Ecclesiæ.

DONATUS SBARRETTI,

*Archiepiscopus Ephesinus,*
*Delegatus Apostolicus.*

De mandato Illmi ac Rmi D. D.

Delegati Apostolici,

ALFRIDUS A. SINNOTT,

*Secretarius.*

*Indulgentiæ lucrandæ intra spatium Concilii.*

## PIUS PP X.

UNIVERSIS CHRISTIFIDELIBUS præsentes Litteras inspecturis, salutem et apostolicam benedictionem. Retulit ad Nos Venerabilis Frater Donatus Sbarretti, Archiepiscopus Ephesiensis et Delegatus Apostolicus in Canadensi Dominio, die decima nona et sequentibus adventantis Septembris mensis diebus, in Metropolitano templo Quebecensi primam plenariam Episcoporum Canadensium Synodum a se esse indicendam ac regendam : eoque auspicatissimo eventu in votis admodum sibi esse, ut cœlestes Ecclesiæ thesauros, quos Romano Pontifici diribendos Altissimus credidit, reserare benigne dignemur. Nos autem votis his piis, quæ in spirituale christiani populi emolumentum cedunt, quantum in Domino possumus, annuentes, de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum Eius auctoritate confisi, omnibus et singulis fidelibus ex utroque sexu, qui uno die, ad cuiusque eorum lubitum semel tantum eligendo, intra spatium memorati Concilii, admissorum confessione expiati, atque angelorum epulis refecti, vel Metropolitanum templum, quod memoravimus, vel aliud quodlibet e Curialibus intra fines Dominii Canadensis sitis, visitent, ibique pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, peccatorum conversione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effundant, quo die id agant, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem, quam etiam animabus Christifidelium, quæ Deo in caritate coniunctæ ab hac luce migraverint per modum suffragii applicare possint, misericorditer in Domino concedimus et largimur. Con-

trariis non obstantibus quibuscumque. Præsentibus unice tantum. Volumus autem, ut præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XIX Julii MDCCCCIX Pontificatus Nostri Anno Sexto.

(Signatus) R. Card. MERRY DEL VAL,

*a Secretis Status.*

L. S.

# PARS II

## *Congregationes præparatoriæ Concilii*

### 1° CONGREGATIO PATRUM CONCILII.

Feria VIª, die 17ª septembris 1909, hora 9.30 A. M. conveniunt Reverendissimi Archiepiscopi et Episcopi residentiales, nec non Reverendissimi Vicarii Apostolici, Administratores diœcesum, sede vacante, et Præfecti Apostolici in aulam Patrum Concilii (*salon de l'archevêché de Québec*), ut Concilii ordinem definiant.

1. Recitata oratione ADSUMUS, Delegatus ostolicus brevem allocutionem habet ad Patres Concilii.

2. Elenchus synodalium legitur et approbationi Patrum submittitur.

   Præsentium verificantur tituli et absentium examinantur excusationes.

   Si qua dubitatio exurgit, vel statim a Patribus solvitur, vel ad *judices causarum et excusationum* remittitur.

3. Statuitur quibusnam competat vel concedetur JUS SUFFRAGII.

   Regulæ juris sunt sequentes :

   A. *Votum decisivum habent :*

   *a.* Archiepiscopi et episcopi diœcesim administrantes ;

   *b.* Vicarii Apostolici ;

   *c.* Administratores diœcesum, sede vacante ;

   *d.* Præfecti Apostolici.

B. *Votum consultativum habent :*

*a.* Abbas ;

*b.* Procuratores episcoporum absentium ;

*c.* Procuratores capitulorum cathedralium.

C. *Votum decisivum concedi potest :*

*a.* Episcopis auxiliariis ;

*b.* Archiepiscopis et episcopis titularibus intra fines Dominii degentibus ;

*c.* Abbati ;

*d.* Procuratoribus episcoporum absentium.

D. *Votum consultativum concedi potest :*

*a.* Vicariis generalibus ;

*b.* Protonotariis Apostolicis, prælatis domesticis et camerariis Sanctitatis Suæ ;

*c.* Rectoribus universitatum et superioribus majorum seminariorum ;

*d.* Provincialibus religiosorum, vicariis eorum generalibus et pro-provincialibus in Dominio degentibus.

4. Nominantur *Judices excusationum et causarum* nec non constituitur commissio episcoporum "ad novas materias."

5. Constituuntur *officiales* Concilii :

*Promotores ;*
*Secretarii ;*
*Notarii ;*
*Magistri Cæremoniarum ;*
*Cantores ;*
*Ostiarii ;*
*Cursores.*

6. Judicum *excusationum et causarum*, membrorum commissionis " ad novas materias ", nec non Concilii officialium *jura et munera* definiuntur.

7. *Methodus in examine materiarum decernitur.*

A. Commissiones instituunter, eorum præsidentes et vice-præsidentes nec non membra alia designantur, et materia schematis distribuitur.

B. Regulæ in discussionibus synodalibus adhibendæ statuuntur.

C. Congressuum tempus et locus determinatur.

8. *Sessionum et solemnitatum dies et ordo statuuntur :*

A. 1ª Sessio solemnis habebitur Dominicâ, die 19ª septembris.

B. Exequiæ solemnes episcoporum habebuntur feria Vª, die 23ª Septembris.

C. Aliæ sessioness solemnes habebuntur singulis Dominicis, aut quando Congregatio Patrum Concilii jusserit.

D. *Peregrinatio* Patrum Concilii ad Sanctuarium venerabile Sanctæ Annæ *de Beaupré* habebitur Dominica, die 3ª Octobris.

E. *Gratiarum Actio* habebitur die sessionis solemnis ultimæ.

9. *Ordo concionum* statuitur, et designantur oratores, nec non materiæ quas tractabunt.

A. In prima sessione solemni : Reverendissimus Archiepiscopus *Marianopolitanus* et Reverendissimus Archiepiscopus *Kingstoniensis*. Argumentum sermonum est *Concilium*.

B. In sessione secunda : Revèrendissimus Episcopus *Campivallensis* et Reverendissimus Episcopus *Sancti Joannis*. Argumentum : *Episcopatus*.

C. In sessione ultima : Reverendissimus Archiepiscopus *Sancti Bonifacii* et Reverendissimus Archiepiscopus *Torontinus*. Argumentum : *Vita christiana.*

In exequiis pro archiepiscopis et episcopis : Reverendissimi episcopi *Nicoletanus* et *Victoriensis.*

10. Litteræ nomine Patrum Concilii mittendæ determinantur :

A. Die quo Concilium aperietur nuntius telegraphicus mittetur ad Summum Pontificem ; Patres Concilii litteras mittent ad Eminentissimum Dominum Præfectum Sacræ Congregationis Concilii nec non ad Eminentissimum Præfectum S. Cong. de Propaganda Fide.

B. Litteræ Pastorales Concilii ad clerum et populum Canadensem agent *de spiritu christiano et catholico.* Reverendissimus Archiepiscopus Quebecensis munere hujusmodi litteras exarandi, ac Reverendissimus Archiepiscopus Halifaxiensis in anglicam linguam vertendi, fungentur.

11. Leguntur et approbantur decreta et praecepta omnibus imponenda :

1. *De Concilio aperiendo ;*
2. *De modo vivendi in Concilio ;*
3. *De præjudicio non afferendo ;*
4. *De non discedendo ;*
5. *De secreto servando, et de libello restituendo ;*
6. *De judicibus excusationum et causarum ;*
7. *De commissione ad novas materias ;*
8. *De officialibus Concilii ;*
9. *De vocatione nominum ;*
10. *De professione fidei.*

2° CONGREGATIO PRÆPARATORIA OMNIUM SYNODALIUM

Sabbato, die 18a Septembris 1909, hora 9.30 A. M. conveniunt omnes synodales in Aulam promotionum Universitatis Lavallensis.

1. Fusis precibus, Delegatus Apostolicus, Concilii Præses, Patres et alia membra Concilii alloquitur.
2. Præses mandat ut prælegatur a Secretario catalogus synodalis exhibens nomina Patrum et reliquorum membrorum Concilii.
3. Iterum, mandante Præside, Secretarius promulgat nomina officialium Synodi, qui statim loca sibi assignata petunt.
4. Publicantur congregationes particulares formatæ cum officialium et membrorum nominibus et materia eis assignata.
5. Ad instantiam Promotoris leguntur omnia alia quæ a Patribus in prima Congregatione præparatoria decreta sunt.
6. A synodalibus præstatur *juramentum* de " secreto servando et libello restituendo".
7. Legitur Decretum Delegati Apostolici de prima sessione solemni habenda die dominica 19a Septembris, in Basilica Nostræ Dominæ *de Québec*, hora 9 A. M.

Post hanc Congregationem, Synodales accipiunt a Secretariis exemplaria Schematis, et Manualis practici Concilii.

# PARS III

## *Elenchus Synodalium, et Concilii Plenarii officialium*

### I°

### SYNODALES.

Præses :

Illmus et Rmus Donatus Sbarretti, Archiepus Ephesiensis, Sedis Apostolicæ Delegatus.

Archiepiscopi residentiales :

Illmus et Rmus Ludovicus-Nazarius Bégin, Archiepiscopus Quebecensis.

" " Ludovicus-Philippus-Adelardus Langevin, Archiep. Sti-Bonifacii.

" " Paulus Bruchési, Archiepiscopus Marianopolitanus.

" " Carolus-Hugo Gauthier, Archiepiscopus Kingstoniensis.

" " Eduardus-Josephus McCarthy, Archiepiscopus Halifaxiensis.

" " Fergus-Patricius McEvay, Archiepiscopus Torontinus.

Archiepiscopus titularis :

Illmus et Rmus Dionysius O'Connor, Archiepiscopus Laodicensis.

Episcopi residentiales :

Illmus et Rmus Joannes Cameron, Episcopus Antigonicensis.

" " Thomas-Joseph Dowling, Episcopus Hamiltonensis.

" " Richardus-Alphonsus O'Connor, Episcopus Peterboroughensis.

" " Andreas-Albertus Blais, Episcopus Sti-Germani Rimouskiensis.

Illmus et Rmus Joannes-Carolus McDonald, Episcop[us] Carolinopolitanus.
" " Josephus-Medardus Emard, Episcop[us] Campivallensis.
" " Michael-Thomas Labrecque, Episcopu[s] Chicoutimiensis.
" " Paulus LaRocque, Episcopus Sherbr[oo]kensis.
" " Narcissus Zephyrinus Lorrain, Episcopus Pembrokensis.
" " Franciscus Xaverius Cloutier, Episcopus Trifluvianensis.
" " Timotheus Casey, Episcopus Sti-Joannis Neo-Brunswickii.
" " Æmilius Legal, Episcopus Sancti-Alberti.
" " Thomas-Franciscus Barry, Episcopus Chathamensis.
" " Hermann Brunault, Episcopus Nicoletanus.
" " Josephus-Alfridus Archambault, Episcopus Joliettensis.
" " David-Josephus Scollard, Episcopus Stæ-Mariæ Ormensis.
" " Alexius-Xystus Bernard, Episcopus Sti-Hyacinthi.
" " Gulielmus-Andreas McDonnell, Episcopus Alexandrinensis.
" " Albertus Pascal, Episcopus Principis-Alberti.
" " Alexander McDonald, Episcopus Victoriensis.

Vicarii Apostolici:

Illmus et Rmus Æmilius Grouard, Episcopus Iborensis, Vic. Apost. Athabaskensis.

Illmus et Rmus Gabriel Breynat, Episcopus Adramyttensis Vic. Apost. Mackenziensis.

" " Gustavus Blanche, Episcopus Siccensis, Vic. Ap. Sinus Sti-Laurentii.

" " Elias-Anicetus Latulippe, Episcopus Catennensis, Vic. Ap. Temiscamingensis.

Episcopi auxiliares :

Illmus et Rmus Zoticus Racicot, Episcopus Poglensis.

" " Paulus-Eugenius Roy, Episcopus Eleutheropolitanus.

" " Celestinus Joussard, Episcopus Arcadiopolitanus.

Præfectus apostolicus :

Illmus et Rmus Æmilius Bunoz, O.M.I., Præfectus Apostolicus Yukonensis.

Administratores diœcesum, sede vacante :

Admodum Rdus J. Welch, O. M. I., Administrator Vancouveriensis.

Reverendissimus J.-Onesimus Routhier, Administrator Ottawiensis.

" J.-Ed. Meunier, Administrator Londinensis.

Abbas Monasterii N. D. a Lacu :

Reverendissimus D. Antonius Oger, O. C. R.

Procuratores episcoporum absentium :

Admodum Rdus D. J.-M. Mahony, Procurator Episcopi Hamiltonensis.

Rdus P. J.-M. Jodoin, O. M. I., Procurator Episcopi Adramyttensis.

Procuratores capitulorum ecclesiarum metropolitanarum :

Adm. Rdus Can. Gaspardus Dauth, Procurator Capituli Ecclesiæ Marianopolitanæ.

BIBLIOTHÈQUE UNIVERSITÉ LAVAL

Revmus D. J.-Onesimus Routhier, V. G., Procurator Capituli Ecclesiæ Ottawiensis.

Procuratores capitulorum ecclesiarum cathedralium :

Adm. Rdus D. Ludovicus-Jacobus Langis, V. G., Procurator Capituli Ecclesiæ Sti-Germani Rimouskiensis.
Revmus D. Hermylus Baril, V. G., Procurator Capituli Ecclesiæ Trifluvianensis.
Adm. Rdus Can. C.-Philippus Choquet, Procurator Capituli Ecclesiæ Sti-Hyacinthi.
Adm. Rdus Can. Petrus Sylvestre, Procurator Capituli Ecclesiæ Joliettensis.

Vicarii Generales Metropolitanorum :

Revmus D. Thomas-Stephanus Hamel, Vicarius Generalis Quebecensis.
" D. Cyrillus-Alfridus Marois, " " Quebecensis.
" D. Aloysius-Adulphus Pâquet, " " Quebecensis.
" D. Franciscus-Azarias Dugas, " " Sti-Bonifacii.
Adm. Rdus P. Joachim Allard, O. M. I., " " Sti-Bonifacii.
Revmus D. Joannes Masterson, " " Kingstoniensis.
" D. T.-J. Daly, Vicarius Generalis Halifaxiensis.
" D. J.-J. McCann, " " Torontinus.

Vicarii Generales Episcoporum :

Adm. Rdus D. Alexander Thompson, Vicarius Generalis Antigonicensis.
" " D. Eugenius Laussie, " " Hamiltonensis.
" " D. Josephus Browne, " " Peterboroughensis.

Adm. Rdus D. Ludovicus-Jacobus Langis, Vicarius Generalis Sti-Germani Rim.

Revmus D. Jacobus Phelan, Vicarius Generalis Carolinopolitanus.

Adm. Rdus D. Jacobus Morrison, " " Carolinopolitanus.

" " D. H. Blaquière, " " Carolinopolitanus.

Revmus D. J.-C. Allard, Vicarius Generalis Campivallensis.

Adm. Rdus D. Eugenius Lapointe, Vicarius Generalis Chicoutimiensis.

Revmus D. H.-O. Chalifoux, " " Sherbrookensis.

Revmus D. Hermylus Baril, " " Trifluvianensis.

Adm. Rdus D. G.-F. Chapman, " " Sti-Joannis, N. B.

" " D. Joannes Hébert, " " Sti-Joannis, N. B.

Adm. Rdus P. Albertus Lacombe, O. M. I., " " Sti-Alberti.

" " P. Hippolytus Leduc, O. M. I., " " Sti-Alberti.

" D. Ludovicus-Napoleo Dugal, " " Chathamensis.

" D. M.-G. Proulx, " " Nicoletanus.

Revmus D. P. Beaudry, " " Joliettensis.

Adm. Rdus D. J.-L. Guertin, " " Sti-Hyacinthi.

" " D. Georgius Corbett, " " Alexandrinensis.

" " P. H. Lacoste, O. M. I., " " Principis-Alberti.

Protonotarii Apostolici, Prælati Domestici et Camerarii Secreti :

Reverendissimus D. Carolus Guay, Protonotarius Apostolicus.
" D. Josephus-Clodovæus Kemner-Laflamme, Protonotarius Apostolicus.
" D. Olivarius-Elzearus Mathieu, Prot. Apost.
" D. Josephus-Theophilus Allard, Protonotarius Apostolicus.
" D. Henricus Têtu, Prælatus Sanctitatis Suæ.
" D. Carolus-Octavius Gagnon, Prælatus S. S.
" D. Philippus Suzor, Præl. S. S.
" D. Irenæus Douville, " "
" D. Majoricus Bolduc, " "
" D. Franciscus Xaverius Belley, Prælatus S. S.
" D. Gulielmus Varrilly, Prælatus S. S.
" D. Marcellus-Franciscus Richard, Prælatus S. S.
" D. Antonius Gauvreau, Prælatus S. S.
" D. Franciscus Xaverius Faguy, Prælatus S. S.
" D. Thomas-Gregorius Rouleau, Prælatus S. S.
" D. Napoleo-Josephus Sirois, Prælatus S. S.

Admodum Rdus D. F. X. Bossé, Cam. Secretus.
" " D. Edmundus-Carolus Tanguay, Camerarius Secretus.
" " D. Daniel-Hieronymus Gillis, Camerarius Secretus.
" " D. Alfridus Sinnott, Cam. Secr.

Rectores universitatum :

Rdus. D. Amedæus Gosselin, Rector Univers. Lavallensis.
Rdus P. Gulielmus-J. Murphy, O. M. I., Rector Universitatis Ottawiensis.

Rectores majorum seminariorum :

Rdus D. Napoleo-Carolus Gariépy, Rector Seminarii Majoris Quebecensis.
Rdus D. F. L[illegible]andais, Rector Seminarii Majoris Marianopolitani.
Rdus P. A. Poli, O. M. I., Rector Seminarii Majoris Ottawiensis.
Rdus P. C.-J. Lebrun, Rector Seminarii Majoris Halifaxiensis.
Adm. Rdus Can. Leo Arcand, Rector Seminarii Majoris Trifluvianensis.
Adm. Rdus. Can. Carolus-Philemon Coté, Rector Seminarii Majoris Rimouskiensis.
Reverendus D. A.-O. Gagnon, Rector Seminarii Majoris Sherbrookensis.
" D. P.-A. Sabourin, Rector Seminarii Majoris Campivallensis.

Provinciales, vicarii generales et vicarii provinciales ordinum religiosorum, juxta ordinem præcedentiæ in *Gerarchia* indicatæ :

Adm. Rdus D. Bruno Doerfler, Prior Monasterii Ordinis Sti-Benedicti.
" " Frater Henricus Hagé, Prov. Ordinis Fratrum Prædicatorum.
" " Frater Coiumbanus-Maria, Prov. Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci.
" " Frater Ernestus-Maria a Belliloco, Prov. Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum.
" " P. Eduardus Lecompte, S. J., Superior Societatis Jesu.

Adm. Rdus P. P.-M. Dagnaud, Provinc. Congregation
Jesu et Mariæ.
" " D. Carolus Lecoq, Superior Societatis St
Sulpitii.
" " P. A. Fiset, Provinc. Congregationis SS. Re
d- mptoris.
" " P. J.-N. Dozois, Provinc. Oblatorum Maria
Immaculatæ.
" " P. Priscus Magnan " " "
Immaculatæ.
" " P. Henricus Grandin, " " "
Immaculatæ.
" " P. Gulielmus Klœpfer, Provinc. Congregatio-
nis Resurrectionis D.N.J.C.
" " P. Henricus Richard, Provinc. Societatis Ma-
riæ.
" " P. G.-A. Dion, " Congregationis
Santæ Crucis.
" " P. Carolus Ducharme, " "
Sti-Viatoris.
" " P. J.-R. Teefy, " "
Sti-Basilli.
" " P. Sozontius Dydyk, " "
Sti-Basilii Magni,
" " P. J. Morard, " "
Missionariarum *de la Salette.*

Theologi :

Revmus D. Gulielmus Varrilly, pro Delegato Apostolico.
Rdus D. Josephus Gignac, pro Delegato Apostolico.
Rdus D. Philippus Perrier, pro Delegato Apostolico.
Rdus P. Carolus Gonthier, S. J., pro Delegato Apostolico.
Rdus D. Lionellus Lindsay, pro Archiepiscopo Quebecensi.
Rdus D. Stanislaus-Alfridus Lortie, pro Archiepiscopo
Quebecensi.

Rdus P. Josephus Grenier, S. J., pro Archiepiscopo Sti-Bonifacii.
Rdus P. Z. Lacasse, O. M. I., pro Archiepiscopo Sti-Bonifacii.
Adm. Rdus D. Carolus Lecoq, S. S., pro Archiepiscopo Marianopolitaño.
Adm. Rdus Can. Æmilius Roy, pro Archiepiscopo Marianopolitano.
Revmus D. Joannes Masterson, pro Archiepiscopo Kingstoniensi.
Rdus D. P.-J. Hartigan, pro Archiepiscopo Kingstoniensi.
Rdus P. C.-J. Lebrun, C. J. M., pro Archiepiscopo Halifaxiensi.
Rdus P. J.-L. Levallois, C. J. M., pro Achiepiscopo Halifaxiensi.
Rdus D. D. Morris, pro Archiepiscopo Torontino.
Rdus D. Michael Moyna, pro Archiepiscopo Torontino.

Rdus D. H. McPherson, pro Episcopo Antigonicensi.
Rdus D. Alex. Walter, pro Episcopo Hamiltonensi.
Adm. Rdus D. D.-J. Casey, pro Episcopo Peterboroughensi.
Adm. Rdus Can. Franciscus Xav. Ross, pro Episcopo Rimouskiensi.
Adm. Rdus D. Jacobus Morrison, pro Episcopo Carolinopolitano.
Adm. Rdus D. P.-A. Sabourin, pro Episcopo Campivallensi,
Revdus D. J.-Alfridus Tremblay, pro Episcopo Chicoutimiensi.
Revdus D. J.-A. Lefebvre, pro Episcopo Sherbrookensi.
Rdus D. P.-J. Ryan, pro Episcopo Pembrokensi.
Revdus D. L. Chartier, pro Episcopo Trifluvianensi.
Revdus D. E.-A. O'Reilly, pro Episcopo Sti-Joannis, N.B.
Revdus Dom. A. Bernier, C. R. I. C., pro Episcopo Sti-Alberti.

Revmus D. Ludovicus-Napoleo Dugal, pro Episcopo Chathamensi.

Adm. Rdus D. Victor Thibaudier, pro Episcopo Nicoletano.

Revdus D. A. Roch, pro Episcopo Joliettensi.

Revdus P. Joannes Connolly, S. J., pro Episcopo Stæ-Mariæ Ormensis.

Adm. Rdus Can. P.-Z. Decelles, pro Episcopo Sti-Hyacinthi.

Adm. Rdus D. Georgius Corbett, pro Episcopo Alexandrinensi.

pro Episcopo Principis-Alberti.

pro Episcopo Victoriensi.

Revdus P. Gulielmus Charlebois, O. M. I., pro Episcopo Iborensi.

Revdus P. E.-J.-A. Tourangeau, O. M. I., pro Episcopo Adramyttensi.

Revdus P. Josephus Sébillet, C. J. M., pro Episcopo Siccensi.

Revdus Frater Alexius *de Barbezieux*, O. M. C., pro Episcopo Catennensi.

Revdus D. J.-Emery Grandbois, pro Episcopo Eleutheropolitano.

Rdus D. G. Murphy, O. M. I., pro Administratore Vancouveriensi.

Rdus Frater Raymundus Rouleau, O. P., pro Administratore Ottawiensi.

Rdus D. J.-T. Aylward, pro Administratore Londinensi.

Rdus D. A. Poli, O. M. I., pro Præfecto Apostolico Yukonensi.

2°

## JUDICES EXCUSATIONUM ET CAUSARUM.

3°

MEMBRA COMMISSIONIS AD NOVAS MATERIAS

4°

## OFFICIALES CONCILII

*Promotores :*

*Secretarii :*

*Assistentes secretarii :*

*Notarii :*

*Magistri caerimoniarum :*

*Cantores :*

*Ostiarii :*

*Cursores :*

MEMBRA COMMISSIONUM.

1ª Commissio :

2ª Commissio :

3ª Commissio :

4ª Commissio :

5ª Commissio :

6ª Commissio :

7ª Commissio :

# PARS IV.

## *De judicum et officialium muneribus.*

### 1°

### JUDICUM "EXCUSATIONUM ET CAUSARUM" MUNUS.

1. Judicum erit litteras Procuratorum credentiales recognoscere, et de Patrum mandato inquirere quinam Theologi ad Concilium sint admittendi.
2. Examinabunt excusationes tum eorum qui ad Concilium rite vocati, justo tamen impedimento detenti, non comparuerunt: tum illorum qui, ob rationem justam libello supplici ad Præsidem scripto deferendo, Concilio nondum finito, dimitti postulant. Qua venia concessa, judices a discedente recipient libellum decretorum, si forte distributum fuerit, secretario restituendum.
3. Querelas quoad præcedentiam forsan orituras et ad Præsidem delatas diligenter expendent et in caritate component.
4. De omnibus suis actis breve protocollum ducent, quod una cum instrumentis, finito Concilio, Præsidi exhibebunt.

### 2°

### COMMISSIONIS AD "NOVAS MATERIAS" OFFICIUM.

Si contigerit materiam aliquam Concilio proponi, quæ non sit emendatio Schematis, et in Schemate non tractetur, hæc ad Commissionem ad *Novas Materias* defertur.

Commissio ad *Novas Materias*, examinata quæstione, vel illam transmittit ad Commissionem ordinariam competentem pro materiis connexis vel ipsa relationem facit communicandam ad Congregationes Synodalium.

Hæc Commissio sedet quoties necesse est, tempore designato a Præside.

3º

PROMOTORUM MUNERA.

1. Promotorum gravissimum munus paucis exposuit Benedictus XIV docens eorum esse urgere actiones conciliares seu insistere ut omnia quæ in Concilio facienda sunt celeriter et fructuose perficiantur.

2. Eorum est instare ut materia in Commissionibus tum Synodalium, tum Episcoporum, et in Sessionibus, opportuno tempore parata et bene ordinata sit.

3. Eorum est providere ut forma actionis conciliaris in omnibus recte expediatur. Quænam vero sibi præsertim negotia incumbant, facile perspicient ex formulis eis propositis in parte sexta hujus libelli.

4. Eorum est etiam in omnibus ad Concilium pertinentibus bonum ordinem tueri et servare, delinquentes admonere, et si casus gravitas exigit, ad Judices causarum deferre.

5. Officio suo alternantes, si ita eis placet, fungi poterunt, dummodo de negotiis unicuique agendis inter se mutuo conveniant.

4°

SECRETARIORUM OFFICIUM.

1. Secretariorum est :

   a. Promulgare nomina Synodalium.

   b. Documenta conciliaria custodire et quando opus est exhibere.

   c. Schematis exemplaria distribuere. - Emendationes propositas aliasque motiones accipere, ad Præsidem transmittere, ejusque jussu imprimere et distribuere.

   d. Quæ legenda sunt legere.

   e. Vota numerare et indicare Præsidi.—In sessionibus interrogare Patres, eorum suffragia excipere et notare.

   f. Uniuscujusque actionis compendiariam relationem redigere, et generalem totius Concilii relationem conscribere.

   g. Concilii decreta præparare in nitidam formam.

2. Quæ legenda sunt Secretarius accipit a Præside, post instantiam Promotoris. Ipse tum Præsidi tum Promotori suggerit quæ agenda sunt : quæ facile cognoscet ex formulis sibi propositis in parte sexta libelli.

3. Unus principalis est Secretarius, alius adjunctus ; ipsorum est inter se officia convenienti modo distribuere. Tot auxiliares eis dantur quot negotiorum ratio postulabit.

4. Quando legenda sunt documenta, Secretarius illa legit, vel ab auxiliari legenda curat. Convenit tamen ut nomina Patrum legenda, vel interrogationes ad eos dirigendæ ab ipso Secretario legantur.

5°

NOTARIORUM OFFICIA.

1. Notarius absentes a sessionibus et congregationibus publicis notat, singulorum qui prima vice in Concilio professionem fidei emittunt nomina describit, Secretarium vota Patrum excipientem in sessionibus comitatur.

2. Rogatus a Promotore ut de eis quæ, ipso præsente, gesta sunt instrumentum conficiat, promittit se facturum,—confectum instrumentum Præsidi subscribendum offert.

3. Unus principalis Notarius constituitur, et tres socii adjunguntur. Eorum erit inter se convenienti modo negotia agenda distribuere.

6°

MAGISTRORUM CÆRIMONIARUM MUNERA.

1. Magister cærimoniarum curam habet ut cærimoniæ omnes sive in publicis congregationibus sive in sessionibus secundum sacræ liturgiæ præcepta debito ritu, cultu et majestate fiant.

2. Approbante Præside Concilii socios, sub-cærimoniarios dictos, seligat, qui eum adjuvent ut cum majore uniformitate functiones peragantur. Necesse plane est, ut non permixtim, sed distincta, et separata unicuique socio munera assignentur.

3. Habeant igitur indicem suum et omnino concordem cum indiculo Secretarii quo tota series et ordo ac dispositiones breviter indicentur.

4. Duo vel tres sub-cærimoniarii per varia loca inter synodales distributi moneant quando standum, genuflectendum, vel sedendum, ad nutum magistri, qui sine clamore vel strepitu, manu elevata, depressa et magis adhuc depressa tres illos situs prædictis clericis significabit, et hi clero voce demissa. Generatim hæc regula servanda videtur, ut totum Concilium quoad situm Præsidi se conformet.
5. Iidem cærimonarii præerunt ordinandis ducendisque processionibus, item ingressui et recessui synodalium in sessionibus.
6. Magister cærimoniarum maxime advertat quæ spectant processiones, missam synodalem, communionem cleri generalem, horas canonicas, absolutionem defunctorum, ac denique cœtum qui amice ordinandus est cum cantoribus.
7. Demum cum sacrista agat de apparatu ecclesiæ, de præparandis disponendisque rebus quæ ad sessiones synodales necessariæ sunt.

7°

CANTORUM OFFICIUM.

1. Unitas et perfecta harmonia, si ab ullis aliis, profecto a cantoribus summopere servanda est. Id maxime valet si quando diversa a diversis cantanda sunt. Itaque omnes cantus eorumque partes plane ac distincte præordinari debent.
2. Circa tempus quando, vel locum ubi cantica modulanda sunt, magister cantorum oportet consulat cærimoniarum magistrum, cujus mandatis, sicut reliqui synodales, ita et cantores subjiciuntur.

3. Si præter cantum Gregorianum in solemnitate synodali concentus musici proferantur, id faciendum non est nisi capto prius consilio cum magistro cærimoniarum. Nec obliviscendum hic est moniti cl. Gavanti, ut isti concentus quidem fiant *de more* sed *absque mora*, ne nimis actio synodalis protrahatur.

8°

OSTIARIORUM MUNERA.

Ostiariorum est :

*a*. Admonere eos de Clero qui vel suis locis non sedent, vel per ecclesiam vagantur vel inutili fabulationi vacant.

*b*. Claudere vel aperire, prout opus est, portas ecclesiæ.

*c*. Inobedientes et contumaces, sive laicos sive clericos, deferre ad judices querelarum.

# PARS V.

*Modus procedendi in examine decretorum.*

## I

### VARII CŒTUS CONCILII.

1. Varii cœtus qui successive materias Concilii examinant, decreta definiunt vel promulgant, in *ordinarios* et *extraordinarios* distinguuntur.

2. Cœtus *ordinarii* sunt : commissiones Patrum et theologorum, congregationes synodales, congregationes Patrum et Concilii, sessiones publicæ.

3. Cœtus autem *extraordinarii* sunt : commissio ad *novas materias*, commissiones *speciales*.

### 1° CŒTUS ORDINARII.

4. COMMISSIONES PATRUM ET THEOLOGORUM :

*a. Compositio.* Illis unus Archiepiscopus præsidet : Præsidi adjungitur senior ejusdem suffraganeus, et vicesgerens ab Archiepiscopo eligitur, qui in eorum absentia præsidebit. Illis adjunguntur theologi synodales.

Commissio proprium Secretarium eligit inter membra sua, vel unum pro omnibus materiis, vel diversis pro diversis relationibus faciendis.

*b. Competentia.* Quælibet commissio est competens in parte Schematum ei assignata.

5. Congregationes Synodalium.

His assistunt omnes Archiepiscopi, Episcopi et alii qui vocem definitivam habent : omnes etiam qui consultativam vocem habent, nec non theologi synodales. Possunt etiam ad istas Congregationes a Concilio admitti alii viri ecclesiastici, qui, quamvis synodales non sint, deliberationibus tamen Synodalium interesse cupiunt. Ii nomen, munus suum et locum ubi domiciliantur, in scriptis promotori exhibeant, qui pro eorum admissione instabit. Qua facta instantia respondet Præses Concilii : "Legantur eorum nomina, referatur officium quod gerunt, et locus ubi commorantur". Lectis omnibus, Præses ut Patrum sententia habeatur, Secretario mandat, qui modo interrogat : "Placetne Reverendissimis Patribus ut petentes admittantur ?" Quibus respondentibus "Placet", viri prædicti intrare jubentur. Statim coram Præside emittunt juramentum hoc modo : "Juro et promitto me secretum synodale sancte observaturum. Sic me Deus adjuvet."

6. Patr[illegible]regationes.

His [illegible]episcopi, Episcopi et alii qui vocem definitivam habent.
Ex Officialibus Concilii, soli secretarii præsentes sunt.

7. Sessiones solemnes.

*a.* His assistunt omnes synodales. Populus etiam admittitur.

*b.* Dies quibus habendæ sunt decreto Congregationis episcoporum indicatur.

2° CŒTUS EXTRAORDINARII.

8. *Commissio " ad novas materias."* Vide supra, p. 40.

9. *Commissiones speciales* :

Si Congregationi Patrum Concilii placuerit specialem materiam speciali aliquorum studio committere, ipsius jussu, instituitur *Commissio specialis de illa quaestione.*

## II

ORDO QUO MATERIÆ TRACTANTUR USQUE AD DEFINITIVAM SENTENTIAM.

10. Schematum textus et quæcumque alia materia examinatur primo a Commissione ordinaria, a qua discutitur, emendatur, etc.

*Examinis peracti* ac *resolutionis* susceptæ fit *relatio* a Secretario, subscribitur a Præside Commissionis, et transmittitur ad Præsidem Concilii, — qui *textum novum* aut saltem *modificationes* in textu introducendas imprimi curat et synodalibus distribui.

11. Hæc relatio et textus acceptatus submittuntur Congregationi synodalium. Textus approbatus a Commissione constituet discussionis argumentum. Rogante Promotore, et jubente Præside, leguntur a Secretario.

Textus discutitur, admittitur, rejicitur, emendatur aut pro nova consideratione ad Commissionem remittitur. Fit relatio et datur Præsidi Concilii.

12. Textus acceptatus a Congregatione Synodalium una simul cum relatione proponitur Congregationi Patrum Concilii, Congregatio Patrum illum rejicit, novæ con-

siderationi committit, vel emendat, aut definitive decernit.

13. Tandem in sessione publica, quæ a Congregatione Patrum decreta sunt ratificantur et promulgantur.

---

14. Hic ordo servatur semper, nisi in particularibus casibus Congregatio Patrum Concilii aliud ordinaverit :

*a.* Vel quæstionem aliquam ad se *statim* deferri jubendo ;

*b.* Vel aliquam materiam remittendo studio specialis alicujus commissionis, quam tunc instituit.

Hujus specialis commissionis membra seliguntur a Præside, Concilio probante. In ea auctor novæ propositionis includitur.

## III

### DISCUSSIONUM REGULÆ GENERALES.

15. *Quaestio coram Concilio.*

Nemini licet loqui de quæstione quæ non sit cœtui regulariter proposita. Regulariter proposita intelligitur quæ, jubente Præside, lecta sit a Secretario.

Si quidem aliqua motio proponi contigerit, danda est in *scriptis* Præsidi, et ab ipso proponenda. Antequam proponatur a Præside, retrahi potest ab auctoribus, postea vera non, sed de ea ferri debet suffragium.

16. Ordo agendorum.

*a.* Preces.

*b.* Legitur compendiaria relatio actorum in ultimo congressu.

*c.* Argumentum primario discutiendum. ("Ordre du jour", "Order of the day"), est semper schema, prout cœtui examinandum proponitur;

*d.* In congregatione synodalium est schema de quo relatio facta est a commissione competente, secundum ordinem temporis quo exhibiti sunt Præsidi Concilii relationes et textus. Promotor instat ut talis quæstio discutiatur, jubet Præses, Secretarius legit, unusquisque quæ dicenda habet exprimit, suffragia emittuntur. Promotor instat pro sequente quæstione, et ita porro.

*e.* In congregatione Patrum Concilii est textus approbatus a congregatione synodalium.

*f.* Preces in fine.

17. Emendationes, seu motiones ad corrigendum schema. ("amendements", "amendments").

*a.* Omnis emendatio schematis proponi debet in *scriptis* et quidem latine. Regulariter præsentanda est Præsidi tempore sufficienti ante discussionem ut possit imprimi et distribui; nulla motio subito proposita consideratur, nisi cœtus consultus acquieverit.

*b.* Omnis emendatio proposita clare exprimere debet quid sit mutandum in textu, et quomodo novus textus sit legendus.

*c.* Emendatio rejecta rursus non proponitur, nisi ita mutata sint verba ut vere æquivaleat novæ emendationi.

18. De jure et ordine loquendi.

*a. Quinam jus loquendi habeant ?*

Loquendi jus habent :

*aa. In Commissionibus* omnes synodales commissioni adscripti mentem suam exprimere possunt.

*bb. In Congregationibus synodalium*, omnes episcopi et qui vocem definitivam habent, et ii etiam qui vocem habent consultativam, nec non omnes theologi et canonistæ synodales.

*cc. In Congregationibus Patrum* et *in Sessionibus*, ii soli loquuntur qui vocem definitivam habent.

*b.* Quonam ordine loquantur oratores ?

*aa. In Sessionibus*, unusquisque secundum ordinem quo sedet, incipiendi ab ultimo ;

*bb. In Congregationibus Patrum Concilii*, secundum ordinem quo sedent incipiendo ab ultimo ;

*cc. In aliis*, qui vult loqui surgit et veniam petit a Praeside, nec loqui fas est nisi hac venia Praesidis obtenta.

Unusquisque semel tantum loquitur, nisi postquam omnes jam dixerunt, ipsi rursus venia concedatur.

Auctor propositionis vel motionis aut relator primus loquitur ad explicandam quæstionem, et iterum ipsi licet post omnes loqui ad claudendam discussionem.

*c. Regulae.*

*aa.* Oratores Præsidem alloquuntur, et abstinere debent ab alternis sermonibus inter se habendis. Dicant breviter et ad rem ; secus a Præside aut a promotore admoneantur.

*bb.* Oratorem loquentem nulli licet interrumpere, — nisi cum assensu Præsidis et nisi : 1. agatur de revocatione ad ordinem. 2. petatur quæstio ab oratore. 3. aut agatur de materia privilegiata ("matter of privilege", "question personnelle").

*cc.* Si temporis limes constituitur ad loquendum, elapso tempore Promotor signum dat, nec orator ultra procedit, nisi unanimiter consentiente cœtu.

*d. Discussionis conclusio.*

Discussioni finis imponitur quando omnes locuti sunt qui loqui petierunt cum venia Præsidis. Præses ponit quæstionem et suffragia emittuntur.

Finis imponitur etiam quando *praejudicialis quaestio* acceptatur.

Dum aliqua quæstio consideratur, nulla motio regulariter potest fieri nisi : 1. ad prorogandam discussionem. 2. ad dimittendam quaestionem, 3. ad quaestionem praejudicialem. 4. ad remittendam discussionem in diem determinatam. 5. ad remittendam materiam commissioni. 6. ad emendandum.

Ordo inter has motiones est ordo hic descriptus.

De 1a, 2a et 5a deciditur sine discussione.

## IV

### *De Voto.*

19. Quinam jus habeant votum emittendi ?

*a. In Commissionibus :* omnes synodales adscripti.

*b. In Congregatione synodalium :* omnes qui vocem definitivam habent, nec non ii qui vocem consultativam sive a jure, sive concessam a Concilio :

*c. In Congregationibus Patrum* et *in Sessionibus* : soli qui habent vocem definitivam.

Omnes jure gaudentes votum suum ferre tenentur de omni quæstione proposita, nisi legitime excusentur

20. Ordo quo materiæ voto submittuntur.

Si ab habente jus voti petatur ut quædam quæstio quæ divisibilis est dividatur, et per partes voto submittatur, hoc faciendum est.

Si de quæstione principali et de subordinata agatur, hic ordo servandus erit : proponetur voto 1)—textus substituendus, 2)—emendationis emendatio, 3)—emendatio, 4)—quæstio prout proposita.

21. Votationis modus.

*a. In Sessionibus*, solemnis modus consuetudine firmatus in Conciliis adhibetur, scil. proposita quæstione a Præside, unusquisque secundum ordinem præcedentiæ respondet : *Placet.—Non placet,—Placet juxta modum* (si emendatio desideratur).

Secretarii transeuntes coram Patribus uniuscujusque responsum accipiunt et notant.

*b.* In *aliis*, simplicior modus, qui fere ubique obtinet, adhibetur, scil. qui jure gaudent suffragium emittunt *surgendo in suo loco*, nisi *scrutinium secretum* legitime petatur, quod fit quando duæ ex tribus partibus jure suffragii gaudentes id postulant.

22. Quorum.

Majoritas eorum qui jure suffragii gaudent et ad Concilium venerunt constituit numerum legalem ad tractandas et definiendas quæstiones.

23. MAJORITAS.

Quæstiones dirimuntur absoluta majoritate votantium.

Attamen votum duarum ex tribus partibus requiritur *ad suspendendam discussionem argumenti primario tractandi*, aut *introducendam materiam de qua commissio competens nondum fecit relationem*. Motio ad *supprimendam aliquam materiam* aut ad *limitandam discussionem* æquivalet *mutationi* " de l'ordre du jour."

24. VOTUM DECISIVUM PRÆSIDIS.

Si suffragia sint paria, Præses votum decisivum habet. Quo jure si non utitur, motio rejecta censetur.

Votum emissum acquisitum est, nec eadem quæstio rursus discussioni subjicitur. Potest tamen concedi *nova consideratio*, sed tunc qui illam petit debet prius votum emisisse cum majoritate.

26. *In omnibus ordo servandus.*

Si quis, vel loquendo vel alio modo, regulas transgreditur, Præses vel Promotor debet, vel etiam quilibet alius, annuente Præside, potest illum ad ordinem revocare. Revocatus sedet dum casus tractatur, nec procedit in oratione sine venia cœtus.

27. *Casus dubii.*

In casibus dubiis de sensu aut observatione regulæ, Præses dirimit quæstionem sine discussione.

## APPENDIX

### QUÆDAM EXPRESSIONES EXPLICANTUR.

*Prajudicialis questio* :... " question préalable ",— " previous question " ;

*ad prorogandum* :... " ajourner la question ", — " to adjourn " ;

*ad dimittendum* :... " ne pas prendre en considération ",— " to lay on the table " ;

*revocatio ad ordinem* :... " rappel à l'ordre ",—" call to order " ;

*violatio regulæ*:... " un point du réglement ",—" a point of order " ;

*materia privilegiata* :... " question de privilège ", " question personnelle ",—" a matter of privilege " ;

" *ask a question* " : .. " intelligitur de quæstione ponenda ipsi oratori, v. g. ut indicet documentum de quo loquitur ;

*votum decisivum* :... " vote décisif ", —" casting vote ".

DE CONCLUSIONE CONCILII.

Cum omnia quæ Reverendissimis Patribus in hoc Concilio deliberare et statuere placuit, Deo O. M. auxiliante, feliciter peracta et ad finem deducta sint, atque ut Reverendissimi Patres ad greges sibi in Domino commissos reverti possint, Nos auctoritate Nobis a S. Sede delegata, de consilio et assensu Reverendissimorum Patrum decernimus huic Concilio Plenario finem fieri et jam factum esse. Ideoque congregatum Concilium dimittimus in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.

DE SUBSCRIBENDIS DECRETIS.

Postquam auxiliante Deo eo pervenimus ut omnia quæ huic Synodo deliberare, statuere ac definire placuit nunc paraeta sint et absoluta, fraterna charitate obsecramus et admonemus Reverendissimos Patres, qui huic Synodo intersunt, ut secundum Nos singuli loco et ordine ad altare majus accedant, et iis quæ in hoc Concilio Plenario statuta et definita sunt, subscribant.

## ORDO SESSIONUM ET CONGREGATIONUM.

| | Sessio solemnis. | Synodalis congregatio. | Episcoporum congregatio. | Commissionum cœtus. |
|---|---|---|---|---|
| Die dominica... | 9 A.M. | ............ | ............ | ........ |
| Feria II<sup>a</sup>....... | ......... | ............ | 9.30 A.M. | 3 P.M. |
| Feria III<sup>a</sup>....... | ......... | 9.30 A.M. | ............ | 3 P.M. |
| Feria IV<sup>a</sup>....... | ......... | ............ | 9.30 A.M. | 3 P.M. |
| Feria V<sup>a</sup>....... | ......... | 9.30 A.M. | 4 P.M. | ......... |
| Feria VI<sup>a</sup>....... | ......... | ............ | 9.30 A.M. | 3 P.M. |
| Sabbato......... | ......... | 9.30 A.M. | 4 P.M. | 3 P.M. |

## PARS VI.

*Formularium practicum Concilii.*

I

DECRETUM I.

*De aperiendo Concilio.*

In nomine Sanctissimæ et Individuæ Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.

NOS..............................................................................

.................................................................................. Præses et Delegatus Apostolicus ad majorem Omnipotentis Dei et Salvatoris Nostri Jesu Christi gloriam, ad Beatissimæ Virginis Mariæ sine labe Conceptæ ejusque castissimi Sponsi S. Josephi honorem, et ad Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, Sanctorumque Dominii Canadensis Patronorum et Protectorum et omnium Sanctorum laudem, ad Fidei et religionis incrementum, ad pacem et concordiam populorum promovendam, statuimus ac decernimus, de consilio et assensu Reverendissimorum Episcoporum ejusdem Dominii Canadensis, hac ipsa die........... .................................................................................. ...........................................quæ........................ ...........mensis........................anni.......................... ..........................................adjutrice divina misericordia, initium fieri atque jam factum esse Concilii Plenarii Dominii Canadensis Primi, quod auctoritate SS. Domini Nostri Pii Papæ X per Apostolicas Litteras diei vigesimæ quintæ Martii Nobis collata, edicto Nostro sub die 2 Maii hujus anni, hac ipsa die Dominica, quæ est decima

nona mensis Septembris convocavimus. Faxit Deus ut hæc Plenarii Concilii inchoatio felix sit ac fausta omnino et in Sanctæ Matris Ecclesiæ et Dominii Canadensis decus benevertat. Deum propterea humiliter deprecamur ut, quod cœpit, ipse perficiat, ac quæcumque ad Ecclesiam Canadensem decernenda aut stabilienda cognovimus sancte et fideliter observari sua opitulante gratia largiatur.

DECRETUM II.

*De judicibus excusationum et causarum personalium.*

Ut a Concilio Plenario omnia arceantur quæ unitatem et concordiam turbare aut deliberationis felicem progressum impedire aut quovis modo implicare possent, antiquum Conciliorum usum sequentes, aliquos causarum personalium judices constituere decrevimus, quibus excusationes quæ forte præferendæ sunt aliasque causas diligenter audire et exactius investigare, atque ad Nos referre incumbit, ut de iis cum Patribus judicemus et definiamus. Huic autem muneri Illustrissimos ac Reverendissimos Dominos;

præfecimus, quorum duo ad causam quamlibet dirimendam sufficient.

DECRETUM III.

*De commissione ad " novas materias."*

Ut a Concilio Plenario recte examinentur et definiantur non solum decreta quorum schemata examini et approbationi Patrum subjiciuntur, sed etiam materiæ novæ, si contigerit aliquas Concilio proponi, constituere decernimus specialem commissionem " ad novas materias " dictam. Huic autem præficimus Illustrissimos et Reverendissimos Dominos :

DECRETUM IV.

*De modo vivendi in Concilio.*

Quum in memoriam Nobis revocamus illud Spiritus Sancti oraculum, in ædificanda domo, nisi Dominus ædificaverit, in vanum nos laborare ; in aggrediendo opere gravissimo quod intendimus, ad illum nobis confugiendum est, a quo omne datum optimum et omne donum perfectum descendit, ad Patrem luminum qui postulantibus sapientiam largitur affluenter, et qui dat velle et perficere pro bona voluntate. Quare, in hoc Concilio Plenario celebrando, non viribus nostris exiguis confisi, sed Dei unius ope atque auxilio freti, supplices ab eo deprecamur, auspice Beata et Immaculata Virgine Maria, ut sedium suarum assistricem Sapientiam mittat, quæ Patribus hujus Concilii Plenarii adsit, et cum ipsis laboret. Obsecramus igitur vos Reverendissimos Episcopos, Fratres Nostros, atque in Domino exhortamur ut ad Concilium promovendum egregias vestras dotes et salutaria consilia, sanctasque preces conferatis : venerabiles quoque Praelatos, Sacerdotes et Religiosos, qui Nobiscum congregati sunt, paterno amore per viscera misericordiæ Dei obtestamur, ut sacrosanctum sacrificium Deo offerant, aut saltem mysteriorum celebrationi intersint, vitæ sanctitate fidelibus præluceant, ac sincero studio omnes in unum cooperantes, ea omnia praestare satagant, quæ ad fidelem Concilii Plenarii exitum apta et condigna videantur.

DECRETUM V.

*De præjudicio non afferendo.*

Si cui contigerit in hoc Plenarium Concilium non jure admissum fuisse, vel proprio suo loco non sedere, sententiamve dicere, aut aliud quidpiam agere ; vel si forte ali-

qua ratione propria alicui privilegia non concedantur, declaramus ac decernimus nullum ipsi jus novum esse ideo acquirendum vel præjudicium inferendum : omnium enim jura sarta tectaque esse volumus.

DECRETUM VI.

*De non discedendo.*

Ut consentientibus omnibus ad finem feliciter perducantur nostræ in Domino deliberationes, districte ne quis Synodalium nisi finito Concilio et subscriptis ejusdem actis atque decretis discedat absque gravi ac justa causa, a Nobis post relationem excusationem Judicum probanda, prohibemus. Quod si hujusmodi obtinuerit licentiam, si fuerit Episcopus residentialis, non prius discedat quam Procuratorem rite constituat qui ipsius gerat vices.

DECRETUM VII.

*De secreto servando et libello restituendo*

Quoniam quæ auxiliante Domino in Concilio præsenti tractabuntur, et prout Patribus visum fuerit statuentur, ante sperandam Sedis Apostolicæ approbationem publici juris minime fieri poterunt, decet omnino, ut omnes et singuli ad Concilium vocati, et ad singulas congregationes admissi, communicatam decretorum materiam pio silentio celare studiosissime satagant. Cum insuper in actionibus synodalibus et materiæ tractandæ modo varia evenire possint, quæ ad notitiam aliorum delata tum sinistras rei interpretationes tum maligna præjudicia, imo et procaces cavillationes, nec non exinde oriundam rerum ac personarum vilipensionem provocare possent, idcirco de

consilio et assensu Reverendissimorum Confratrum Episcoporum, omnes et singulos Concilii hujus consultores et officiales pariterque illos viros ecclesiasticos, qui ad unam alteramve congregationem adscripti fuerint, strictissimo servandi secreti et libelli statutorum restituendi officio devinctos esse declaramus et palam pronuntiamus. Ergo Concilii Promotores de hujus rei observantia maxime vigilent; et si quem deprehenderint secreti hujus, aut restitutionis violatorem, ad Judices causarum, denuntient qui causa examinata, ad Nos deferant pro culpæ gravitate puniendum. Promittant itaque singuli hic præsentes per fidem sacerdotalem, se tenorem in congregationibus et sessionibus legendorum usque ad promulgationem post revisionem decretorum a S. Sede faciendam perfecto ac religiosissimo silentio celaturos, libellos vero statutorum fideliter restituros esse.

N. B. Promissio hoc modo fieri potest: Lecto decreto, surgunt omnes; Excellentissimus Præses Concilii rogat: " Promittitis-ne silentium vos omnes servaturos juxta decreti tenorem, et tradenda vobis decretorum schemata fideliter restituros"? Respondent omnes: " Promittimus per fidem sacerdotalem."

DECRETUM VIII.

*De Concilii officialibus.*

Quoniam ad negotia in hoc Concilio juxta Sacræ Liturgiæ normam et traditionis ecclesiasticæ morem rite, ordinatim et expedite peragenda opus sit, ut quidam ministri sive officiales designentur qui Nobis et hujus Concilii Patribus in diversis officiis fungendis præsto sint, ideo

de consensu Reverendissimorum Patrum Synodalium sequentes Concilii officiales constituimus :

## DECRETUM IX.

### *De vocatione nominum.*

Cum hodie auspicante Deo feliciter apertum (*vel* finiendum) sit hoc Concilium Plenarium Primum Canadense, ut sacrorum canonum præscripto fiat satis, decernimus ac mandamus ut omnes tam Reverendissimi Episcopi quam presbyteri qui ad Concilium sunt vocati, quique eidem interesse debent, nominatim vocentur, absentes vero notentur.

Placeat igitur Revendissimis Patribus ceterisque synodalibus, vocato eorum nomine, respondere : " Adsum ".

## DECRETUM IX.

### *De professione fidei emittenda in Concilio.*

Cum inter omnes pastoralis officii sollicitudines illa potissimum esse debeat, ut fides Catholica, quam Sacrosancta Romana Ecclesia tenet, et quæ solidissimo Petræ fundamento nititur, incorrupta in Nostris civitatibus vigeat et augescat, decernimus et statuimus, ub ab unanimi professione ejusdem fidei, quam salutis humanæ initium et fundamentum prædicamus, præsentis quoque Synodi actiones sumant exordium et incrementum. Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Idcirco patrum exempla et S. Concilii Tridentini ordinationem pie venerantes, præcipimus, et Reverendissimos Episcopos, necnon omnes in hoc Concilio congregatos invitamus, ut professionem fidei secundum formam a Pio Papa IV concinnatam emittant una cum clausula de Romani Pontificis primatu deque ejus infallibili magisterio addenda juxta fel. rec. Pii Papæ IX præscriptum.

Lecto decreto, ipse Rmus Præses effectivus professionem fidei juxta formulam Pii IV et Pii IX flexis genibus emittit, ut in cærimoniali.

Deinde singuli Archiepiscopi et Episcopi accedunt ad Præsidem et pariter flexis genibus dicunt :

*Et ego N.N.*

*Archiepiscopus vel Episcopus N.*

*recipio, promitto, spondeo, profiteor, detestor, anathematizo, voveo et juro, in formula professionis fidei modo lecta, singula singulis referendo.*

Et imponentes utramque manum super Evangelium adjungunt : *Sic me Deus adjuvet, et haec Sancta Dei Evangelia.*

II

FORMULÆ DIVERSÆ PRO CONCILII PROMOTORIBUS.

*1.—Pro Concilio aperiendo.*

Quoniam dies faustissima et omnibus nobis lætissima hodie advenit quo Concilium Plenarium Primum Canadense celebrandum sit, et omnes qui huic Concilio de jure et consuetudine interesse debent, hic in Domino congregatos esse videamus, nos N.N., hujus Concilil promotores nominati et constituti, instamus et supplices oramus ut hoc Concilium aperiendum et jam apertum esse decernatur.

*2.—Pro decretis praeliminaribus.*

Secundum antiquam Ecclesiæ disciplinam ille semper usus observatus est, ut in initio Concilii Plenarii varia decreta ederentur et prælegerentur. Hæc decreta sunt :

*De judicibus excusationem et causarum personalium.*

*De commissione ad " novas materias."*

*De modo vivendi in Concilio.*
*De praejudicio non afferendo.*
*De non discedendo.*
*De secreto servando et libello restituendo.*
*De Concilii officialibus.*

Quam ob rem nos hujus Concilii promotores instamus et petimus, ut quemadmodum usus id exigit, hæc decreta ex ambone prælegantur et promulgentur.

*3.—Pro professione fidei.*

Quum Sacrosancta Synodus Trid., S. XXV., C. ii., de Ref. sanciverit ut singuli Episcopi residentiales et alii in Concilio congregati publicam fidei professionem emittant, necnon Summo Romano Pontifici veram obedientiam promittant et profiteantur: nos N. N., hujus Concilii promotores, instamus atque supplices oramus ut decretum de emittenda professione fidei legatur ac promulgetur.

*4.—Pro vocatione nominum.*

*a.* Cum jam dies advenerit qua ex indictione Concilii omnes vocati adesse tenentur, nos N. N., hujus Concilii promotores, instamus ac petimus ut omnes et singuli Reverendissimi Episcopi aliique synodales nominatim vocentur.

*b.* Cum jam Concilium hoc Plenarium proxime dimittendum sit, instamus ac petimus ut prius omnes et singuli Reverendissimi Episcopi aliique synodales nominatim vocentur.

*5.—Pro rogatu Secretarii.*

Nos N.N., hujus Concilii promotores, admonemus et rogamus te, venerabilem hujus Concilii Secretarium, ut

pro officio tuo omnes qui ab hac sessione abfuerunt diligenter adnotes, atque omnium quæ tractata et peracta sunt, accuratam ac fide dignam relationem conficias.

*6.—Pro decretorum lectione.*

Quum post repetitam congregationum consultationem et Reverendissimorum Episcoporum maturam deliberationem, Deo adjuvante jam id obtentum sit, ut plura decreta et statuta communi assensu Patrum potuerint definiri, Nos N.N., hujus Concili promotores, devotissime instamus ut horum decretorum publicatio et promulgatio fiat.

*7.—Pro continuanda lectione decretorum.*

Cum ea quæ cœpta sunt legi decreta propter angustiam temporis absolvi nequiverint, Nos N.N., hujus Concilii promotores, petimus et instamus ea legi quæ desiderantur antequam dimittatur Concilium.

*8.—Pro indictione proximae sessionis.*

Cum ex usu synodali in præsenti sessione tempus proximæ sessionis indicendum sit, Nos N.N., hujus Concilii promotores, instamus ut idem quoque nunc fiat.

*9.—Pro subscribendis decretis.*

Cum, opitulante Deo et auspice Maria, plura jam sint ab hujus Concilii Plenarii Patribus sancita decreta quæ, uti sperandum, valde huic Dominio utilitati erunt atque decori, Nos N.N., hujus Concilii promotores, rogamus ut hæc decreta ab omnibus Concilii Patribus subscribenda decernantur.

*10. Pro admissione externorum.*

Mos est in Conciliis approbatus ut præter synodales alii quoque viri, quibus in Concilio sedere nec jure nec consuetudine competit, ad congregationes generales et sessiones admittantur, si petentibus illis Patres Concilii talem honorem opportune deferendum censeant. Cum itaque sint quidam reverendi viri qui in congregationem (sessionem) admitti petant, Nos N.N., hujus Concilii promotores, suppliciter eorum nomine rogamus ut decidere dignetur Excellentia Tua, an sint admittendi.

## III

### FORMULÆ PRECUM.

*Preces ante et post congregationem.*

I.—Ante actionem.

ADSUMUS.

Adsumus, Domine Sancte Spiritus, adsumus, peccati quidem immanitate detenti, sed in nomine tuo specialiter aggregati; veni ad nos, adesto nobis, dignare illabi cordibus nostris; doce nos, quid agamus; quo gradiamur, ostende; quid efficiamus, operare. Esto solus et suggestor et effector judiciorum nostrorum, qui solus cum Deo Patre et Ejus Filio nomen possides gloriosum; non nos patiaris perturbatores esse justitiæ, qui summe diligis æquitatem; ut sinistrum nos non ignorantiæ trahat, non favor inflectat; non acceptio muneris vel personæ corrumpat: sed junge nos Tibi efficaciter solius tuæ gratiæ dono, ut simus in Te unum, et in nullo deviemus a vero; quatenus nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis justitiam, ut hic a Te in nullo dissen-

tiat sententia nostra, et in futuro pro bene gestis consequamur præmia sempiterna. Amen.

II.—Post actionem.

Agimus Tibi gratias, omnipotens Deus, pro universis beneficiis tuis. Qui vivis etc.—

Sub tuum præsidium confugimus, sancta Dei Genitrix; nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus nostris, sed a periculis cunctis libera non semper, Virgo gloriosa et benedicta. Domina nostra, Mediatrix nostra, Advocata nostra, tuo Filio nos reconcilia, tuo Filio nos commenda, tuo Filio nos repræsenta.

V. Ora pro nobis, sancta Dei Genitrix.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus. Gratiam tuam, quæsumus, Domine, mentibus nostris infundi, ut qui angelo nuntiante Christi Filii tui incarnationem cognovimus, per passionem ejus et crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eumdem Chistum Dominum nostrum qui tecum vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

# APPENDIX.

---

Tabulæ diagrammata exhibentes aularum et Ecclesiæ in quibus conventus ac sessiones habendæ, nec non indicantes dispositiones et numerum sedium :

*a*. Aulæ pro conventu Patrum,

*b*. Aulæ pro conventu Synodalium,

*c*. Ecclesiæ in qua sessiones habendæ.

# - PREMIER CONCILE PLÉNIER DU CANADA

## - QUÉBEC -




- SALLE DES PÈRES DU CONCILE -

(- SALON DE L'ARCHEVÊCHÉ -)

- Premier Concile Plenier du Canada -

- PREMIER CONCILE PLENIER DU CANADA -

- QUEBEC -

# - PREMIER CONCILE PLENIER DU CANADA -

## - QUÉBEC -






- SALLE DES REUNIONS SYNODALES -

(- SALL- DES PROMOTIONS - UNIVERSITE LAVAL - )

- Premier Concile Plenier du Canada -

· PREMIER CONCILE PLENIER DU CANADA ·

· QUÉBEC ·






- Salle des Sessions Solennelles -

(- Basilique -)

